



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

Admaiores Ordines suscipiendos admissi, quo die, hora, loco & habitu comparere debeant, & coram quo fidei professionem facere, n. 34.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

*Diaconis, Sacerdotibus, Prælatu vten-  
dum.*

XXXIII. Vt constet quam latâ quis-  
que pro ratione Ordinis, gradus, ac sta-  
tus sui debeat gestare coronam: Sacer-  
dotis corona amplitudine suâ hostiæ  
magne, quæ ad Missæ Sacrificium ser-  
uit, par sit; Clerici verò atque item mi-  
noribus Ordinibus initiati ad paruulæ  
hostiæ, quæ laicis communicâtionibus ex-  
hiberi solet, quantitatem æquet; Diaco-  
ni autem paulò minor sit Sacerdotali, &  
sicut Subdiaconi paulò maior Clericali,  
ita Pastoris vel curam animarum habē-  
tis Sacerdotali, & Prælati Pastoralis pau-  
lò maior sit.

*Ad maiores Ordines suscipiendos admissi,  
quo die, hora, loco, & habitu compa-  
rere debeant; & coram quo fidei Pro-  
fessionem facere.*

XXXIV. Omnes admissi ad Ordines  
sacros suscipiendos, Sabbato generalis  
ordinationis die; simul ad medium horæ  
octauæ maruinæ, in Metropolitanâ  
nostra

nostra vel alia pro dictis Ordinibus cō-  
ferendis designata Ecclesia adsint, & ho-  
nēstā induiti veste talari, nec non coronā  
iustæ ac decentis pro Ordine atque gra-  
du suo magnitudinis insigniti, & coram  
Vicario nostro in Pontificalibus genera-  
li, vel alio per ipsum ad id deputato, Ca-  
tholicę fidei professionem, iuxta formu-  
lam à fæl. rec. Pio Papa 4. præscriptam  
palām emittant, sub pœnā reiectionis  
pro illa vice à susceptione ordinis.

*a. non liceat ult. dist. 23. Catechis. Rom.  
part. 2. c. 7. n. 13. & 14.*

*Qua'ia, & cuius coloris paramenta Ordi-  
nandi adferre debeant.*

XXXV. Parata quoque habeant pa-  
ramenta Ecclesiastica suscipiendi Ordi-  
ni sacro & colori Sacrificij Missæ illius  
diei convenientia, atque cereum: & cum  
à Scriba seu Notario Episcopi Ordina-  
toris fuerint nominati, respondeant,  
ADSVM, & factaque eidem Episcopo  
debita reverentia, accedant ad locum  
Ordinationis, secundum descriptionis  
ordinem.

*a Pontificale Rom. tit. de Ordin. confer. pag. 7.  
§. Ordinandi &c.*